

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[132\] : De Curetibus & Corybantibus](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IX

[Mythologia, Venise, 1567 - IX, 07 : De Curetibus siue Corybantibus](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[132\] : Des Curetes & Corybantes](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[132\] : Des Curetes & Corybants](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - X [126] : De Curetibus & Corybantibus, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 07/08/2025 sur la plate-forme EMAN :
<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1062>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50
Formatin-4

Langue(s)Grec ancien

Pagination305v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Curètes, Corybantes](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologiaz

dere, nullamque in partem magis deuergere, quam turrata corona insignitā idcirco in curru vehi finixerunt. vocata est omnium deorum mater, quia, ut diximus, omnia corporum naturalium sit sedes & fundamentum, circa quā & ex qua omnis sit animalium generatio, & elementorum ferē mutationes. atque huius mutationum celeritati plurimum confert ventorum natura, qui ministri sunt frigoris & caloris: nam omnis vis naturæ plurimum ab illa adiuvatur.

De Latone.

NEQVE vero simplex de mundi ortu explicatio per fabulas ex cogitata est ab antiquis; quippe cum ex informi materia, quam chaos appellabant, natum esse primum Solem ac Lunam crediderint. nam Latona dicta est chaos, quod omnia naturalia corpora in ea permitta & confusa latuisse credita sunt. alii dixerunt Latonam esse terram, cui Iuno obitit ne pareret Phœbum ac Dianam, ubi frequentes vapores, qui mundo recente adhuc contigerunt, quibus Solem ac Lunam occultari diu accidit. cum vero ita frequentes nebulae contingent sole inualescente præcipue, pestifer sit aer, multiq; grauissimi morbi animalia & plantas infestant. at ubi sol iuttas vires allum piserit, tunc cessant illi morbi ob aerem digestum, omnisque vis pestilentia, nisi si qua sit e contagione, cuanescit. Sic enim Apollo est dictus serpentem sagittis interfecille.

De Curetibus & Corybantibus.

QVOD autem venti terre, rerumque omnium generationi plurimum conferant, patuit vel ex eo, quod Curetes ac Corybantes, qui venti erant, matris Deum ministros esse tradiderunt, quod per eorum strepitum significabatur. per hos enim non modo pluiae & frigora sunt, sed omnia naturæ opera, neque vilium est vel plantæ vel animalis semen quod ventosum non sit & per ventum extrudatur, cum sit generationi proximum. sic igitur venti dicebantur salutis animalium autores, generationi rerum praefecti, & mari imperare, quod significabatur per Curetes & Corybantes.

De Cyclopibim.

TVM rufus eorum, qui sunt in sublimi materiam, naturamque explicantes Cyclopum fabulam effinixerunt: Dixerunt enim Cyclopas esse vapores, e quibus fulmina, & fulgura, & conitua nascerentur ac fierent. neque vero vapores illi, nisi per calorem solis in aera possunt extenuari, qui partim e mari partim e terra extrahuntur. sunt autem frequentes vapores eo tempore, quo fieri solent fulmina, hi postea in sublimi vi lunæ condensati, a superiori frigore detruduntur. At Ethicæ.

Cyclopas impios, & deorum cultum contemnentes faciunt, & in omnibus crudelitatis ac feritatis propensos; & eorum principem Polyphemum præcipue, qui nihil honestum, nisi quod ventri placeret, nihil pius, nihil sanctum existinabat. Sed cum improbitas omnis Deos vindicat, temeritatis crudelitatisque suæ condignas poenas persoluit in omni virtute pus.